

195
 presumpserint. excommunicati sunt ipso facto. Aut regna
 terre et loca quilibet subiecta eisdem. tam diu sint ecclesi-
 astico supposita interdicto. quam diu in homini contumacia
 duxerint persistendum. In constitutione Job. 22. Sup-
 gentes et regula.

¶ Secunda pars.

Secunda autem pars incipit de necessarijs confes-
 sionem comunicantibus in quo confessor qui offi-
 cium gerit medica. morbos animarum facilius sa-
 nare valeat in applicando sacramenta penitentiae septem
 capitula sequentia incorporet. **Primum** quomodo ad
 confitentem bene disponendum se preparare debeat.
Secundo quomodo ab ipso confitente generaliter querere habeat
Tercio qualiter vitia luxurie de quibus magna vis est
 rimari valeat a vicendis specialiter. **Quarto** quomodo
 circa finem confessionis reum corrigere debeat. et in forma
 re. atque per que confessum esse contritum vel attritum
 nosse expediat. **Quinto** qualiter penitentiam uel satisfactoriam
 debite iniungat. **Sexto** quomodo rite a peccatis et a senten-
 tijs absoluat. **Septimo** Quomodo circa infirmos cau-
 te se teneat. Et de celatione confessionis.

¶ Capi. i.

Quomodo ad primum Ante confessionem et circa eam exor-
 dium. id est sequentes regulas attendat penitentia ut aucto-
 ritatem super confitentem habeat seu iurisdictionem
 nem is qui alicuius vult confessionem audire. puta prope. episcopi.
 plebani vel ut sit penitentia episcopo rite. si est de ordine
 mendicantium frater. Potest tamen subditus id est. casibus
 alteri quam proprio sacerdoti confiteri: vel alterius quam qui pri-
 us fuit eius sacerdos proprius. **primo** quomodo proprius sacerdos
 est omnino indiscretus et inuisus. et ab eo est licentia petita
 licet non obtenta. vel debet saltem a superiori proprii confes-
 soris seu sacerdotis licentia peti si haberi potest. **Secundo** quomodo
 parrochianus transtulit domicilium suum. tunc ille est
 subditus illius sacerdotis ad cuius parrochia se transtulit
Tercio quomodo quis est vagabundus. **Quarto** quomodo quis querit